



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 50. Alponsus Lusitaniæ Rex jurium Joannæ Castellanæ vindex.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Anno Domini millesimo nonagesimo sex-  
to præsentè Urbano II. summo Ponti-  
fice Regulam S. Augustini profitebantur;  
anno autem supra millesimum quadrin-  
gentesimo octogesimo primo a Sixto IV.  
ad sæcularium Clericorum statum redu-  
cebantur. Eorum Ecclesia Metropolita-  
na sub invocatione B. V. M. exstructa  
tam vetustate, quam magnificentia cele-  
bris primum illius Episcopum veneratur  
Sanctum Rufum: Primus vero illius Ar-  
chiepiscopus erat Julianus de Ruverre,  
qui postea summus Pontifex creatus no-  
men Julii II. assumpsit, ac ibidem sequen-  
ti anno millesimo quadringentesimo se-  
ptuagesimo sexto die vigesima secunda  
Mensis Augusti Collegium condidit, quod  
ab ejus nomine Ruverreum nuncupatur.

Sæcul. XV:

A.C. 1475.

## §. L.

*Alphonsus Lusitanæ Rex jurium  
Joannæ Castellanae vindex.*

Hoc anno Castellæ Regi, ac Reginae a-  
trocissimum imminebat bellum ad-  
versus fautores Joannæ, quam Henricus  
ejus Pater morti proximus hæredem di-  
cebat. Villenæ Marchio, cum probe in-  
telligeret, Isabellam jure suo in Castellæ  
Regnum nullo pacto potituram, nisi cu-  
jusdam exteri Principis potentia, atque  
auctoritate suffulta esset; hinc Alphonsi

K k 3

Lusita-



Sæcul. XV. Lusitanæ Regis, qui Joannæ Avunculus erat, auxilium implorabat, spe facta, si illam sibi in uxorem seligeret, Castellani imperii coronam ad eum devolvendam. Alphonfus, quæ ultro offerebantur, acceptare haud recusat, atque ad Ferdinandum & Isabellam Legatos mittit, qui Castellani ac Legionense diadema repeterent; illud vero reddere nolentibus bellum nuntiarent. Ad hæc Ferdinandus & Isabella juncto consilio, animoque ad arma descendunt, & Rex veterem Castellam unacum Legionensi regno, Isabella vero suppetiis Albensis Ducis, & Toletani Infantis aucta Vandalitiam & Murciam tuendam suscepit.

## §. LI.

*Alphonfus Joannæ desponsus Rex Castellæ proclamatus.*

*Mariana.*  
*l. 24.*

HIS ad bellum interea animum intendentibus, Villenæ Marchio Joannam ad urbem Placentiam comitatus est, & Alphonfus, qui ibidem jam antea advenerat, summo Pontifice propinquitatis impedimentum relaxante Joannam sibi despondet, & demum vi juris, quod ejus sponsa in regnum habebat, Rex Castellæ salutatur. Hic confestim cum quatuordecim peditum, ac quinque millibus equitum ad urbem, quæ Paxaugusta dicitur, proce-